Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



& serici & coccini. Omne lignum thinum & omnia uasa
eboris. & omnia uasa de lapide pretioso & gramento &
ferro & marmore. audiunt nemo emet amplius.
Hic manifeste ostendunt quia regibus ea perire dolent
quae ad quinque sensus corporis pertinent. Haec cum illi
aliud adtendunt. nisi ut in his delectentur quae exteris
per quinque corporis sensus percipiunt. Qui ideirco ea
quae uel sensibus corporis suauia. et exterioribus sunt
usibus accommoda deficere solent. deflent. quo in
his omnem suam prosperitatem esse deputant. Aurum enim
& argentum & cetera. ad sensum oculos rediguntur. Quae
in tantum a carnalibus ardentius desiderantur. in quantum
rariora ceteris inueniuntur. Quod si spiritaliter ista in
telligere uolumus. libet prius inquirere qualiter electae
diuitiae significent. nunquam perturbas. & sic demum
quibus modis ea sibi fallaciter pars aduersa. usurpare
nititur demonstrare. In auro quoque radians
sapientia figuratur. de qua scriptum est. Accipite sapien
tiam sicut aurum. Argentum autem nomine sacra figuratur
eloquia. de quibus psalmista. Eloquia domini eloquia
casta. argentum igne examinatum. Lapidibus uocabulum cum singulari numero ponitur. ipse saluator
omnium per eum designatur. de quo scriptum est. Ecce pono
in sion lapidem summum angularem electum pretiosum
& qui crediderit in eum non confundetur. Cum autem plura
li numero inseritur. membra eiusdem redemptoris pro
figuramur. quibus ——— Petrus apostolus dicit. Et uos tamquam
lapides uiui super aedificamini domus spiritalis. Mar
garitas etiam nomine in singulari numero dinsiue